



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 107. Sacerdotes omnes ex Anglia a Jacobo I. Rege proscripti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII.
A. C. 1610.

§. CVII.

Sacerdotes omnes ex Anglia a Jacobo I. Rege proscripti.

Jæger. Hist. Eccl. l. II. cap. 3. Rapin Thoiras hist. d' angl. l. 18. Merc. Gallobelg. t. 6. lib. 3. Jam antea Jacobus I. Angliæ Rex Catholicos vexandi obtentum quærebat ex doctrina de licita Tyranni occision, perinde ac si hæc execranda opinio unquam a Romana Ecclesia fuisset approbata, hinc accepto nuntio, quod Ravallacus hoc errore deceptus, Henricum IV. trucidarit, de opportuna occasione lætus, die secunda Junii edictum Londini promulgari jussit, quo Monachos, Jesuitas, omnesque Sacerdotes ex universo suo Regno proscripsit, injungens, ut quarta jam Julii die ex Anglia emigrarent, nulla unquam redeundi venia ac spe concessa: ceteris vero cunctas immunitates, libertatesque antehac concessas ademit, revocavitque, eisque arma, pulverem nitratum, gladios & alia id genus aufferri, eosque ad præstandum fidelitatis juramentum compulsos a Londinensi urbe decem milliarium spatium abesse jussit.

§. CVIII.

Christianorum victoria adversus Turcas.

Hoc